Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26285
Copyright: Admont, Benediktinerstift

semetipsa salubrit reficiens. tergit os suum. os inquam cordis & cor
poris assiduis tergit penitentie lacrimis. nam quicquid uoluntate
& opere deliquit. coram oculis summi iudicis digna satisfactione
delet & abstergit. unde & in die egressionis illius de corpore. cum
malignus illi spe accusando. terrendo. comminando. uehementi cru
delitate institerit. & hanc quasi adulteram. quasi immundam & exa
minatam traherit secum ad tormenta potenter uoluerit. libera & secu
ra uoce audacter respondet & dicit. Non sum opera malum. Ostendo in
quit quod uobis suggesserunt uobis male suadentibus opera sunt. ita non
est malum. quia dis illud euenit in bonum. & quod habere merui pm
nocentia. ita supabundans gratia ipsi michi esse dignata est p peni
tentiam. & ido me ut mulierem adulteram ppetuo uobiscum cruciandam
non auferetis. quia do misericordiam. & peccata que commisi clementer ignos
cente. nil quod uerum est in me INVENIETIS.

SERMO DE LIBRO SAPIENTIE.

PER TRIA MOVETVR TERRA. ET
quartum quod non potest sustinere. p seruum cum regnauerit.
p stultum cum saciatus erit cibo. p odiosam mulierem cum in
matrimonio fuerit assumpta. p ancillam cum heres fuerit domi
sue.

TERRA DEI SAPIENTIA. QVE SOLA SCIT
& ualet humanis misereri miseris. tria nobis hoc in
loco proponit sue pietatis magnalia. que etiam p occultam
visitationis sue gratiam. in hac uita operatur in saluandis su
is. quartum u quod in gloria etiam beatitudinis facturus erit in eis.
per tria inquit mouetur terra. Terra. homo terrenus & terrena diligens.

Restauriert 1953 E. Klee